



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Historia Scholastica Magistri Petri comestoris sacre  
scripture seriem breuem nimis [et] obscuram elucidans**

**Petrus <Comestor>**

**Argentine, 1503**

**VD16 P 1829**

Quare transierunt ad gentes. ca. lxxv.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30892**

## Actuum apostolorum

medio suscitauit eis dauid regē, cui testimo-  
nium perhibens ait. Inuenit vltimū cor me-  
um, ex cuius semine suscitauit deus iesum sal-  
uatorē israel: cuius aduentus fuit preco lo-  
annes

Adhuc de eodem.

Capitulum LXXXIII.

### Viri inquit fratres

vobis specialiter verbis salutis huius missum est. Qui enim habitant in hierusalem et principes eius hunc ignorantes esse iesum, ignorant etiam voces prophetarum que per omne sabbatum legunt, ad iudicantes eum mortuas implenerunt nescientes. Deus vero suscitauit eum tertia die a mortuis, et vltimus est post dies his qui simul ascenderunt cum eo de galilea in hierusalem: quod vsque nunc sunt testes eius ad plebem. Et nos vobis annunciamus eam que ad patres nostros repromissio facta est, quoniam hanc deus adimpleuit filiis vestris resuscitans iesum. Hoc igitur sit vobis viri fratres: quia per hunc vobis remissio peccatorum annunciat, ab omnibus scilicet peccatis, a quibus non potuistis in lege moysi iustificari. Qui credit in hunc iustificatur. Videte ergo ne sitis contemptores ne ventat super vos vindicta dei: que comminatur con- temptoribus in hunc modum. Videte con- temptores et admiramini, et disperdimini, id est, videntes admiramini, et disperdimini, quia opus operorum in diebus vestris, quod non creditis, id est, quia non creditis operi quod operabor in diebus vestris, id est, incarnationis. Quare transierunt ad gentes.

Capitulum LXXXV.

### Reuentibus autem

illis rogabant, ut sequerentur sabba-  
to loquerentur adhuc in synagoga  
Et cum egredierentur de synagoga multi in-  
deorum et aduenarum, id est, gentiliū vel in-  
deorum dispersioeuentis secuti sunt pau-  
lum et barnabam. Sequenti vero sabbato  
pene vniuersa ciuitas conuenit ut audiret ver-  
bum dei. Quod videntes iudei repleti sunt  
zelo inuidie, quo commoti ceperunt contra-  
dicere quod dicebant a paulo blasphemans  
tes. Blasphemus enim est qui ex inuidia ob-

loquit veritati. Tunc repleti zelo dei paulus  
et barnabas instantes dixerunt. Vobis oportet  
tebar primum loqui verbum dei, iuxta verbum  
domini, dicentis. Non sum missus nisi ad oues  
que perierunt domus israel. Sed quia repel-  
litis illud et indignos vos facitis, ecce con-  
uertimur ad gentes. Et nota, cum hoc lega-  
tur hic dictum a paulo et barnaba in antiochia  
perfidie que non in iudea est sed in greca, in  
plerisque locis legitur dictum ab apostolis in  
iudea scilicet cum vellent transire ad gentes  
postquam per .xxij. annos predicatum est in iudea  
Ecce non moueat te, quia potuit vobisque dis-  
ci. Sic enim precepit nobis deus, posuit te in  
lucem gentium ut sis eis in salutem vsque ad ex-  
tremum terre. Et sunt in esata verba patris ad fi-  
lium. Ac si diceret pater filio. Vili te post  
tenebras infidelitatis vsque ad terminos terre  
gentibus disseminares lucem veritatis. Sed cum  
specialiter dictum sit christo, non est extrarium quod  
hic legit dictum paulo, quia tanto est vnio ca-  
pituli et membrorum, ut quod dictum est capiti  
membra dictum reputent sibi, sicut caput christi  
stus persecutionem membrorum reputat inflicta  
sibi dicens. Saule saule quid me persequeris, id est, in membris meis.

De recepta predicatione a gen-  
tibus.

Capitulum LXXXVI.

### Adientes autem

gentes mentionem de salute sua  
gausse sunt, et glorificabant deum, et  
crediderunt ex eis multi. Iudei tamen zelo et li-  
uore inuidie succensi concitabant mulieres re-  
ligiosas et primarios ciuitatis, et excitabant  
persecutionem in paulum et barnabam, et ele-  
cerunt eos de finibus suis. At illi excusso pul-  
uere pedum, iuxta quod preceperat dominus  
in testimonium illis, venerunt iconium. Et in-  
gressi ciuitatem locuti sunt in synagoga, et cre-  
didit copiosa multitudo iudeorum et greco-  
rum. Et demorati sunt ibi multo tempore se-  
ductaliter predicantes, domino predicatio-  
nem eorum miraculis confirmate. Nonnulli  
tamen de iudeis in incredulitate principes  
suscitauerunt et ad iracundiam concitauerunt  
animos gentium aduersus credentes. Et di-  
uisa est ciuitas, quibusdam fauentibus iudeis  
alijs fauentibus apostolis. Et cum factus esset impetus  
gentiliū et iudeorum cum principibus suis ut contume-